

HYMNOR ET THRENODIARVM

SANCTÆ CRVCIS

IN

SALVTAREM

PASSIONIS

IESV CHRISTI
DEI ET HOMINIS

MEMORIAM

PARS TERTIA

AD HEBDOMADAM MAGNAM
SVA CVIQUE MELODIA
AFFICTA

Auctore

SAMVELE BESLERO

Scholæ VratisL. ad S. Spiritum
Moderatoris.

CVI ACCESSERVNT

*Cantiones & Lamentationes aliorum aliæ selectiores,
Passionis tempore consuetæ.*

VRATISLAVIÆ,
Ex Officinâ Typographicâ Georgi
Bauman.

Sumptibus ipsius Auctoris.

ANNO

M D C XIII.

756 u

ILLVSTRISSIMO POTENTIS

Simōq; Principi ac Domino

DN. IOHANNI SIGIS-
MVND O MARCHIONI BRAN-
DENBVRGENSI, S. IMP. ROM. ARCHICA-
MERARIO ET ELECTORI; BORVSSIAE, IVLIAE, CLE-
via & Bergae; Stetinienſium, Pomeranorum, Vandalorum; nec
non Croſinae & Iegendorffij in Sileſia Duci; Burg-
graſio Norinbergenſi, Principi
Rugiae &c.

Domino ſuo clementiſſimo.

Salutem ac pacem
in Chriſto Domino & ſervatore noſtro.

Literarum uſus olim, Celiſſime Princeps, Elector
Illuſtriſſime, cum earum gratia Scholae publicae
nondum eſſent erectae, inter divites tantum, &
quidem in aliquibus ſaltem regni cuiusq; non
proſus barbari familijs erat celebris. Idq; cum
propter librorum, tum ob praeceptorum paucita-
tem. Cum enim neq; preli typographici, neq;
chartarum, quales nunc, Dei gratia, in ſufficiente habemus copia, ha-
berent adhuc noticiam, Et libri, qui tum erant, ad deſcribendum indi-
ſcretè non facile communicarentur, aut ſi communicarentur, deſcriptio
tamen eorum aut magnis ſumptibus, aut magnis laboribus & moleſtijs
conſtaret; factum eſt, ut pauci ad literarum ſtudia, ſeu, ut ipſi nomina-
verunt, ad Philoſophiam animum adjecerint; fracti nimirum rei dif-
ficultate, & adminiculo ſumptuum, qui requirebantur tum ad hono-
randum praeceptorem, ſi quem naſti eſſent, (ſi quidem magno doce-
bant) tum ad chartas pro excipiendis, quae utiliter proponerentur aut
traderentur. Exemplo, pro multis, poteſt eſſe Diogenes, qui ſolus re-
fertur, quod pauperior, amore tamen Philoſophiae, ſeu ſtudij literarii,
ab Antiſtene Philoſopho, ejus temporis eximio, ne baculi quidem com-
minat-

EPISTOLA

minatione, absterreri potuerit, quin vel ab invito disceret, quæ ad mentem excolendam facere sibi viderentur, ut est in Apophth. Erasmi pag. 203. apophth. 1. uti & propter chartarum inopiam schedas nonnullas memoriæ causa colloctas & concinnatas conglutinavit, & usui suo, tanquam magnam aliquem thesaurum reposuit. Vtut autem res literaria illa etate in magna difficultate posita fuit & raritate, tamen scribendorum librorum studium & indefessus labor eò usq; excrevit, ut Socrates propter multitudinem librorum, suo etiam tempore, scribere nihil voluerit. Quod non aliunde factum est, nisi quòd doctorum virorum lucubrationes & monumenta literarum à Principibus viris & magnatibus aliis atq; aliis, pro quodam quasi thesauro describi & reponi propriis eorum sumptibus expensisq; iussa sint. Adeò ut & reges civiliorum gentium munus hoc sibi solum inter alia dari putarint, ea quantum quantis impensis corraderet undiq; & in Bibliothecis ad hoc ordinatis & constitutis magno numero collocare, quibus per auctores suos, propter eorum tenuitatem, interire paulatim prorsus licuisset. Sed quia tempus rerum edax, ut ille inquit, omnia consumit, accidit etiam, ut prope singulis ætatibus multæ myriades librorum, vel longo annorum tractu, vel bellorum injuria, vel inundationibus improvisis & violentis, vel incendiis, non nisi magna rei literariæ cum jactura, perierint. Id quod docet jugis illa citatio seu allegatio librorum, facta in libris veteribus; puta, ut reliquos taceam, in Bibliis sacrosanctis, & aliis, quos nos Dei bonitate etiamnum habemus, qui omnes à nobis desiderantur, & nusquam apparent. Quod igitur, ut diximus, aliis ætatibus ex tristibus casibus accidit, id nobis quoq; evenire, quotidiana experientia demonstrat: ut nimirum libri nobis omnibus temporibus excedant & pereant; ita, ut operæ precium non vulgare aut inutile facere mihi videantur, qui doctrina aliqua singulari & scientia in suis facultatibus præditi, libros subinde novos concinnant, & in publicum emittunt. Præsertim cum Dei beneficio Impressura (quam vocant) nuper admodum inventa sit, & chartæ convenientissima sufficiens faciliq; pecuniâ parabilis copias. Unde fit, ut multi studiosius ad lucubrandum ferantur, & ad libros scribendos; ne tractu temporis librorum omnium divitiæ

DEDICATORIA.

divitiæ nobis intercidant, nosq; adeò in periculosa barbariem, cum omnium bonarum disciplinarum interitu, recidamus. Quod ne fiat, excitat Deus singulari prudentia & bonitate sua, omnibus temporibus alios atq; alios in omni facultate ac scientia viros doctos (ut videre est in Bezaleel & Aboliab, quos instruxit scientia conficiendi tabernaculi mirabilis, ut habetur Exod. 31. vers. 2. & 36. vers. 1.) qui pro talento sibi commissio libros in societate humana, & præsertim in Ecclesia Dei utiles & necessarios conscribunt, nihil dum solliciti, cuius quibusq; expensis in lucem prodituri sint. Siquidem Chilo Lacon dixit de literatis, quòd nihil differant ab indoctis, nisi bona spes: ut est pag. 152. apophth. 3. Erasmi. Quo ipso verius dici nihil potest: quod enim illi sperant, id hi habent, quòd multis parasangis differt ab eis, quæ sperantur. Sed utut res se habeat, sicut puero nactenti sua in promptu culina est, sic nactenti libro utili suus quoq; Patronus (Deo faciente) invenitur, qui cum diu latere non patitur; Revocans nimirum sibi in mentem, propterea in divitiis se præ multis aliis constitutum esse à Domino DEO, ut quoquo modo præter inutilem rerum suarum jacturam id fieri possit, societatem humanam, Ecclesiam Dei, Scholas, & Rempublicas sua abundantia juvet, rivulis scilicet suis productis, ut ipse aquarum suarum Dominus maneat. Præcipit hoc Deus Israelitis suis, cum vellet fieri, quòd Moysi in monte ostenderat tabernaculum, nec esset ei, unde pararetur; ut omnis spontaneus corde suo offerret ad illud instruendum, ferebat oblationem, aurum, argentum, & æs &c. Exod. 25. vers. 2. & seqq. Et 35. cap. vers. 5. Nemo autem ignorat, quæ in verbo Dei scriptæ sunt, ad doctrinam nobis scriptæ esse, siquidem Christus ipse alicubi, Quæ vobis dico, inquit, omnibus dico &c. Quin imò natura ipsa & distamine rationis quoq; ferimur & incitamus, modò in potestate nostra sit, ad cultum Dei, Scholas & Respub. juvandas. Atq; in magna laude ac honore nostro ponimus, si hic nihil defugiamus aut prætermittamus, ut plus aliquantulum (supra id, quòd alicubi Psalmista dicit: Quid reddam Domino pro omnibus beneficiis suis erga me? Calicem salutarem accipiam, & nomen Domini invocabo) fecisse in laudem & honorem Dei videamur: li-

EPISTOLA

cet ipse, ne offeramur (cū omnia feceritis, dicite, servi inutiles sumus) nos redarguat. Unde est, quod nihil à nobis gratum & acceptū habeat Deus, nisi quod à promptissima voluntate nostra sit. Omnis spontaneus enim, inquit, corde suo offeret oblationem suam Iehovæ, ut dictum est. Item, Ab omni viro, cuius cor voluntarie dederit illam, accipietis oblationem meam. Exod. 25. vers. 2. Nihil enim tam facile est, ut alicubi dicitur, quā difficile fiat, si in vultu facias. Omnis igitur vir, cuius cor elevat ipsum, & omnis, cuius Spiritus est spontaneus apud ipsum (ut dicto loco dicitur vers. 21.) rectissime ad referendam gratiam Deo, & ut impleat manum suam Iehovæ, paratus est. 1. Paral. 29. vers. 5. ut sit beneficentia, & non extortum. 2. Corinth. 9. vers. 5. A Deo enim sunt omnia, & de manu ipsius damus ipsi. 1. Paral. 29. vers. 14. sicuti alibi dicitur, quid habes, quod nō acceperis? Cum igitur nobis Deus noster ex promptuario liberalitatis & benignitatis suæ, quantum cuique pro ratione vocationis satis sit, largiatur, magnum non est, si, quod à nobis requirit, ex abundanti rependamus ipsi. Nec abs re nostra est profectio, quod quandoque necessitate sic exigente, in cultum divinum, in ministerium Ecclesiasticum, in remque literariam liberales pro facultatibus sumus. Si enim haustum frigida aqua quam dederimus pauperi, Christus nos non vult habere in perditis, si ex sincero erga proximum nostrum amore, ac re sic poscente, exhibitus sit: Quanto magis recompensaturus nobis est, si in re magna aliqua societatem humanam Dei intuitu & respectu juvamus. Iuxta illud Pauli: Qui se it perbenigne, perbenigne etiam metet. 2. Corinth. 9. vers. 6. Quod fecisse populum Israeliticum refert Moyses, Exod. 35. vers. 21. & seqq. Qui tanta liberalitate ac studio, quibus opus esset, ad ministerium & cultum Dei instruendum contulit, ut Artifices ipsi dicerent, plus adferre populum, quam opus esset pro opere faciendo, quod fieri præceperit Iehova: Ad eo, ut proclamari oportuerit in castris, ut ab offerendo desisterent, cum quæ allata essent ad rem sacram, superabundarent. Exod. 36. vers. 5. 6. 7. Quod rarissimum prorsus exemplum est, cum eo etiam, quod refertur de eodem populo, in conferendis quæ ad ædificandum templum impendenda essent. Tanta enim populi

DEDICATORIA.

puli propensio fuit ad conferendum, quibus opus esset, ut alii de sua aliorumq; liberalitate vehementer letati sint, ut est 1. Paralip. 29. vers. 9. Quæ populi munificentia Davidi in tantum placuit, ut exclamavit, Vidi Domine, cum gaudio, quod populus tam fuit liberalis erga te, atq; ob id precatus sit, ut Deus præpararet etiam deinceps corda populi ad tam piam devotionem erga se, ut est 1. Paral. 29. vers. 17. 18. O beatam autem letitiam & salutarem, quæ ex vero amore Dei nascitur in cordibus hominum: ut potè, quæ nobis singulariter præcipitur à Domino Deo: Et letabimini coram Iehova Deo vestro. Item, & letaberis in Deo tuo in omni re, ad quam miseris manum tuam. Deut. 12. vers. 12. & 18. De qua letitia Psalmista: Dedisti, inquit, letitiam in corde meo, dum alii vino & frumento abundant. Psal. 4. vers. 8. Et iterum: Exultent & letentur in te omnes, qui quaerunt te, Et dicant semper, magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum. Psal. 70. Pro qualicumq; autem beneficentia nostra in Deum & ministerium ejus salutare, letificet nos Dominus Deus noster, post dies, quibus viderimus in hac tristi vita afflictionem, & post annos afflictionis nostræ: ut est in Psal. 90. Beati enim, qui dicto exemplo populi Iudæi in Domino letantur.

Cum igitur & ego, ex præcepto Stratonici Citharædi: ἀδοι τις ἢ ἑκαστός εἰδὲν τὴν ψῆφον, volens Deo aliqua grata facere & Ecclesie ejus, Tertiam Threnodiarum Passionalium partem, hoc tempore Quadragesimali, nec studio nec expensis parcens, composuissem & collegissem, deq; Patrono, sub cuius nomine & præsidio tuto in lucem exiret, mire sollicitus essem, quod vererem, ne inciderem in eam, cui hoc studium & qualiscumq; mea Opella, licet in necessarium Ecclesiarum multarum usum suscepta, non admodum arrideret placereq;: In mentem mihi venit Srenissime Princeps, Celsitudinis Vestræ Illustrissimæ rei nimirum Musica, ut elegantioris sic simplicis hujus singulariter devotæ, Cui hoc quicquid est, magna fiducia imò confidentia & παρρησίᾳ dedicarem, inscriberem, & loco munusculi offerrem. Non quod illud Celsitudinis Vestræ Claritati satis dignum esse putem, sed quod perinde esse existimem, ex re parva vel magna Musicum apud

EPISTOLA DEDICATORIA.

apud Celsitudinem Vestram Augustampaululum, modò innotesceres
in magna laude mea & honore reponens, si sub Cels. V^a. presidio
Threnodiæ istæ à me compositæ & collectæ de rectorum aculeos
non reformidantes in lucem prodire tutò audeant. Quod quidem
uti certò spero. C. V. singulari erga omnis generis literas, & earum
cultores beneficentia fretus, ita submissâ animi mei demissione rogo,
ut C. V. levidense hoc meum munusculum serenissimâ fronte aspiciat,
beneficentissimâ manu accipiat, & per hoc me C^u. V^a. clientulum hu-
milimum: Quam Serenissimam C. V^{am} Dei Opt. Max. pro-
tectioni, me verò C. V. favori ac gratiæ devotissimè & humilime
commendo. Dab. Breslæ Siles. Mense Martio An. MDCXIII.

Cels. Vest. Illustr:

Subiectissimus

SAMUEL BESLERUS
Briegensis Silecius.

DE VINCVLIS VERBISQ; I. C.

proditi & morituri.

Iesu Christi capti & producti agon bissenus.

HYMNUS I.

Christus ductus ex horto

ad Annam Caiphæ focerum.

Psal. LXIII. Arcum intenderunt amaritudinè,
ut feriant ex insidiis innocentem.

Pro Patientia.



H di- ra no- elis tempora, Qvis veditus vi- li De-
us Argento, ad impi domum, Ligatus An- na du- citur.

Cui sistitur spectaculi
A plebe vesana loco,
Delirus ex capto senex
Ut hoste ferret gaudium.

Ne nos potestas hostium
Capti vet, aut frans daemonum.

Orans in horto proditur,
Loquens in aula luditur,
Non tanta vera sanitas
Despecta nuda est veritas.

Hostes vicissim nominis
Fiant tui ludibrium
Preces vocantum reijce,
Fletus gementium respue.

O Christe noctis omnia
Arce profunda nubila,

Tu nostra corda abeneo
Invisile firma robore,
Probrum parati pro tua
Feramus omne gloria.

DE



A


Christus

HYMNUS II.
Christus ductus ad Caipham

Pontificem Max:

*Psal. XLII. Verbum iniquum constituerunt
adversum me.*

Pro iusta vindicta.



Non vult doceri, nec Deo
Sibi loquenti credere:
Perdendam ad innocentiam
Testes iniquos comparat.

Non scinde vestis purpuram,
Sed finde saxum pectoris.
Feritur os sanctissimi,
Salus laborat optimi.

Non cessat ullo tempore
Hæc Christe vox calumniæ.
Integritatem callida
Sæpè opprimunt mendacia.

Nostras querelas in tuum
Cum fundimus pressi sinum,
Tu justior iudex, opem
Affer bonam dolentibus.

Noli silere, injurios
Retunde, vanos increpa,
Vt verus in tuis Deus
Appareas sermonibus.


Christus

HYMNUS III.
Christus ductus in vestibulum carce-

ris, à lictoribus pontificiis vexatur.

*Thren. III. Dabit percutienti se maxillam,
satiabitur opprobriis.*

Pro libertate.



Hic servitutis ferrea
Refringet omne vinculum:
Manus in hunc credentium
Nemo catastra clausit.

Aut forte si quis clausit,
Ipse impeditus, inscius,
Nervum subibit, & Deum
Sero advocabit vindicem.

Nil grex movetur perditus,
Pugnis ferus, sude impetens,
Diducit os, linguam exerit
Convictorum prodigam.

O Christe factus omnium
Pro labe nostra opprobrium,
Si quid ferendum est asperi,
Æquum ministra spiritum.

Quod si manus in hostium
Quando damur fuerintium.
Ades volens, & eripe
E servitutis carcere.

Heu quanta sunt, & quàm gravis
Delicta nostra, servitus:
Hanc aufer, & da liberos
Tua frui nos gratia.



A 2

Christus


HYMNUS IIII.

Christus ductus ad Magistratum

Ebraum, à Sacerdotibus & Senatu hostis
Ecclesiæ iudicatur.

*Psal. CXVII. Circumdederunt me veluti apes,
sunt extincti ut ignis spinarum.*

Pro confessionis constantia.



Hoc Christus exemplo su- æ Prælu- cet ipse Eccle- si- æ.

A concione publicâ,
Quam cum Senatu Pontifex
Cogit, rogatus: se Patris
Dei facit filium.

Voces ob has audacibus
Damnatus est sententiis,
Omnes in unum congerunt
Caput, suas calumnias.

Sis Christe vox & Cor mihi
Tuum per alium Spiritum,
In te faciendo, cum pio
Non est locus silentio.

Projecta spes ne fluctuet,
Pavor nec ullus obruar,
Danda est salutis laus, tuo
Cum glorioso nomini.

Sin sermo nostræ atrociter
Confessionis spernitur,
Latet quiescamus tua
Vnius in sententia.

Christus


HYMNUS V.

Christus ductus ad Pilatum Præsidentem

Romanum. accusatur prophanitatis & perduellionis.

*Psal. XXV. Insurgentes testes mendaces, quæ ignorabam,
interrogaverunt me.*

Pro conservatione regni Dei.



us, Iude- a quæ ges in su- um Commota fer- tur Principem.

Intentat ante Præsidentem

Audita nulli crimina,
Ut impio, utq; turbido,
In Cæsaremq; injurio.

Nec ille se regem tamen
Negat Pilato: In hoc, ait,
Sum natus, ut testem Dei
Me veritatis præbeam.

O Christe rex regum, Deus,
Deiq; natus unicus,
Ipsa agmina inter hostium
Regnum astruens serva tuum.

In quo sacer Dei vigor
Sustentat: in quo faustitas,
Pax, criminum remissio,
Vita beatus exitus.

In veritate, & in fide,
In spe futura gloria
Dignatus, ut finis throni
Olim coheredes tui.

A 3

Christus


HYMNUS VI.

Christus ductus ad Herodem Gali-

lææ Tetrarcham, irridetur ut præstigia-
tor aut ludio.

*Psal. II. Aſſiterunt reges terræ, & principes convenerunt
in unum, ad verſus Dominum, & Chriſtum ejus.*

Pro victoria contra hoſtes.



tur: Vt qui colubrum fu- ge- rit, In os draconis in- ci- dat.

Signum protervè ludicrum
Scurrili ab aula poſcitur:
Se reprimens, nullum aulicis
Verbum reſpondet lubricis.

Amictus alba ſindone,
A rege, ſervis, agmine,
Geſtans honores, exterùm
Inſigne regum, luditur.

Coacta in unum cùm frenit
Hoſtilis inſolentia,
Sis Chriſte fidum in aſperis
Ipſe ipſe propugnaculum.

Reſpondeamus invidis,
Cedamus impiis nihil.
Cum ſæva fiunt fœdera,
Formido nulla terreat.

Et qveis abominatio
Propter tuam ſumus fidem,
Ride viciliſim, & fi- ciles
Argillæ ut urnas contere.

Christus


HYMNUS VII.

Christus reductus ad Pilatum, plebis

convicio latroni Barrhabæ poſt habetur.

Eſaie L III. Inter iniquos numeratus eſt.

Pro fuga erroris.



cupit, Il- la q̃ à primo- ribus Excu- ſat i- pſe cri- mi- na.

Procle maritum commonet,
Omitte juſtum perdere:
Vincit Sacerdotum ſcelus,
Vulgiq̃ clamor invidus,

Stulti patris natum improbum
Nexu exiit ſicarium,
Chriſtumq̃ damnat. non aq̃vis
Cædem, cruoremq̃ ablues.

Sis Chriſte inexplicabiles
Præſens euntibus vias:
Ne terror aut error, boni
Aequivo ſeclat tramite.

Sumus parentum nos quoq̃
Mali malorum filii,
Et optimum ac leniſſimum
Patrem relinquimus Deum.

Per ſangvinem tollens tuum
Omnem reatus noxiam,
Statum priorem transfugis
Redde, & ſalutem perditis.

Christus

HYMNUS VIII.

Christus ductus in Prætorium, à milite

barbaro plagis servilibus afficitur, ornatusq;
diademate & purpura irridetur.

*Esa. L. Corpus meum præbui percutientibus,
& genas meas vellentibus.*

Pro liberatione.



Vidim- les i- ta vel probri O- mi- su inmanif-

fi-mus? Christus se-ca-retur feris Cùm sicut a- gnus à lu- pis.

Fulgenti amictus purpura,
Fixusq; rhamno tempora,
Gestansq; dextra harundinem
Sannis amaris luditur.

Nihil per artus singulos
Sincerus & integrum fuit,
Nec vulneri vulnus locum
Toto reliquit corpore.

A fervidis utliberes,
Te nos precamur, hostibus:
Qvos vis atrox, & barbara
Delectat indignatio.

Vibice sanati tua,
Puroq; lori sanguine,
Acres, fideles, impigri
Iusso vacuamus muneri.

Quod si tuo laus debita
Danda est verbo atq; nomini,
Non horreamus ullius
Aut mortis, aut poenæ genus.

Christus

HYMNUS IX.

Christus ductus è prætorio,

ad crucis supplicium poscitur.

*Esa. LIII. Vidimus eum abjectissimum hominum, virum
dolorum, & expertum in similitudinem.*

Pro beneficiorum memoria.



Roma- nus inno- cen- ti- a (Christus fidelis te- stis est:

Sed nul- la poe- na, nul- la vox Dementiæ Ebraeum mi- ti- gat.

Virgis, flagro, spinis, sude
Homo ecce, si foret nocens,
Scelus tulisset unus hic,
Inquit Pilatus, omnium.

Tunc excitata protinus
Infana clamat concio:
Hunc tolle, tolle, se patris
Summi fatentem filium.

Te Christe mundus cùm fremens
Vexat ministris in tuis,
Nostras manus tu contine,
Mentemq; & ora dirige.

Grati celebremus tua
Per omne tempus munera,
Nec pectori fida excidat
Obliviosa lenitas.

Te prædicemus in bonis,
Te deprecemur in malis.
In morte, vitæ, mens tuam
Alacris imploret fidem.


B

Christus

HYMNUS X.

Christus in pratorium reductus,
de ortu suo interrogatur.

*Psal. II. Nunc reges intelligite, erudimini
qui iudicatis terram.
Pro animositate.*



De- o, Torquetur in- tus præ- si- dis In- ten- ta cu- ri- o- si- tas.

Vnde, & quis esset, quo patre,
Hærens pavensq; interrogat:
Nihil respondentis suam
Vanè obiecit potentiam.

Cui Christus: Haud ulla est, nisi
Solo potestas à Deo.
Quo protegente, inanijs
Inaniore sunt minæ.

Mundi potestas maximis
In nos ruit cum viribus,
Nocete Christe fac nihil
Ut possit imbecillibus.

Largire fortitudinem
Nullis movendam machinis.
Te non volente, unum quidem
Hostis pilum nec moverit.


Reges & ipsi noscite,
Tuamq; discant gloriam,
Ad cujus olim singuli
Stabunt tribunal supplices.

Christus

HYMNUS XI.

Christus ductus in Gabbatha, objectu
Cæsariæ potentia, à Præside occidendus
militi traditur.

*Psal. XXII. Circumdederunt me vituli multi, tauri
Basan circumvallaverunt me.
Pro bona conscientia.*



For- is pavo- re Cæ- sa- ris, In- tus q̃ con- sci- en- ti- æ.

Quem, propter excusaverat
Integritatem sæpius,
Eum neci, fractus minis,
Nunc immerentem destinat.

Heu quid faci? te vindicem
Probo, scelesto iudicem,
Vult Cæsar esse: credere
Turba furentium fuge.

Nil obstat, impellente nos
Vulgo, tremoris, quin viam
Rectam ambulemus: plus homo
Possit caducus ne Deo.

Quando laborat veritas,
Pugnare simus strenui,
Ut labe turpi libera
Sit nostra conscientia.

Sin hæc quoq; angit plurimo
Contaminata crimine,
Da sentiamus in tuo
Opem, lævamen vulnere.

B 2

HYMNUS XII.

Christus ductus in Calvariæ collem

inter latrones medius de gabalo
suspenditur.

*Joan. I. Ecce agnus Dei, qui tollit
peccata mundi.*



Cui post inenarrabiles
Vexationes crux datur,
Ad publicum poenae locum
Tergo ferenda proprio.

Simplex Cyrenes advena,
Manum coactus admovet:
Christus dolentes feminas
Tristi admonet praesagio.

Vt celsa venit Golgatha,
Ligno trabili figitur
Inter latrones: omnium
Noxas ferens mortalium.


Natura luget aureus
Sol conditur, tellus tremat,

Aether laborat: ferrea
Nihil moventur pectora.

In comparabili tuae
Laus sit Deus clementiae,
Qui nostra per chari crucem
Delicta tollis filii.

Aeterna Christe foedera
Pacis, beatitudinis,
Nos inter & patrem Deum
Sancis sigillo sangvinis.

Parvam & labascentem sacro
Auge fidem Spiramine,
Latemur omni ut seculo
In sempiterna secula.



A- MEN.

IESV

IESV CHRISTI IN CRUCE

pro salute humana pendentis,


Heptalogus.

HYMNUS I.

Lucæ XXIII. Pater remitte illis: non enim
sciunt quid faciunt.

Esa. LIII. Pro transgressoribus oneruit.

Pro peccatorum remissione.



Sudor, flagella, verbera,
Harundo, clavi, lancea:
Sunt verba, facta, & abdita
Mei reatus crimina.

Ad te sacerdos optime,
Et arbiter sanctissime,
Fædi venimus, supplices
Pacem salutem poscimus.

Strigmenta purga, nos sacra
Patriq; commenda prece:
Te deprecante flebili
Sumus repulsa nescii.

Tu flecte patrius pectora,
Ne nostra plebat crimina,
Oppone delictu tuam
Benignus innocentiam.

Acerba ferre, ignoscere
Injuriis, non ledere
Discamus, & mites tuas
Per ingredi vestigia.

Ut filii summi patris,
Christi secutores Dei,
Tandem beati gaudiis
Fruamur immortalibus.



B 3

HYMNUS II.
Ioan. XIX. Mulier ecce filius tuus,

ecce mater tua.

Ioan. XIII. Non relinquam vos
orphanos.

Pro Ecclesiæ conser-
uatione.



Christe, curam se-du-læ Qvi nõ parentis ab-ij-cis,

Dum plena luctus, fau-ci-o Gemit dolenter pe-cto-re.

Qvi filiorum nos vocas
Fratrumq; dulci nomine,
Da caritatis vividam
Nobis tuæ scintillulam.

Cùm maculat orbis op tui
Professione nominis,
Nos pastor o fidissime
Oves relictas aspice.

De patris altj dextera
Vultu tuo nos asserere:
Tuente cedunt te mala
Adversitatum nubila.

Committe fidiſ ac bonis
Tuum gregem pastoribus,
Qvi sunt parces fidelibus
Affectione matribus.

Et nos sacrata cælici
Adure flamma Spiritus,
Illis ut observantia
Obtemperemus debita.

Vt te, tua salvi fide,
Vero colamus pectore,
Nos donec ad prælucidam
Hinc evoces Ecclesiam.



HYMNUS

HYMNUS III.
Lucæ XXIII. Amen dico tibi, hodiè
mecum eris in Paradiso.

Joan. XVII. Pater quos dedisti mihi, volo ut ubi
sum ego, & illi sint mecum.

Pro vitâ aternâ.



Chri-ste, cæ-lo-rum ne-ce Pater apertam Ianuam:

Quam culpa primi con-tu-max Olim pa-rentis clauſerat.

Ducens per illam tabido
Fletem latronem pectore,
Hora salutem qui tibi
Committit ultima suam.

Servator & dux inclite,
Mentes pusillas erige,
Sperent ut à te tristibus
In omnibus solatium.

Dum gratiæ tempus datur,
Da pœnitere criminum:
Que te die uno millies
Ingratitudo provocat.

Te nos trahente maximis
Luctamur è periculis:
Nec lex, nec horror inferus
Damnare, quos tegis, potest.

Terrore mortis anxius
Quando evolabit spiritus,
Nostri memento, qui soli
Tenes superna patrij.

Vivamus ut tecum domo
Lucente cunctis seculis,
Et tum beatis angelis
Tuam canamus gloriam.




Mar.

HYMNUS IIII.

Mar. XV. Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?

*Psal. XXII. Deus Deus meus, respice in me,
quare me dereliquisti?*

Pro victoria tentationum.



Christe, cuncta perferēs A- cris doloris vul-

ne-ra, Dū spina frontē, dum manus Clavi pedesq; perforant.

Imago mortis horrida
Dum te probroſæ territat:
Tristi qverela dum Deum,
Deserta mens, Deum vocat,
O victor invictissime,
Nos imbecilles sustine,
Ne flamma vexatam premar
Inferna conscientiam.

Cū pugnare in nos omnibus
Sensus malorum viribus,
Et criminum succumbere
Iam mens videtur pondere.

Te stante pro nobis opem
Fac sentiamus patriam,
Dum fixa cordis est fides,
Nequit Deus relinquere.
Virtutē nos muni tua.

Infirmis corda robora:
Est maximum cum maximis
Certamen illud hostibus.

Vt liberatus grex tuas
Olim sonet victorias,
Ductore te, ferens malo
Tot rapta tela Dæmoni.


Ioan.

HYMNUS V.


Ioan. XIX. Sitio.

*Psal. L XIX. Dederunt in escam meam fel, & in
siti mea potaverunt me aceto.*


Pro consolatione.



Christe, cu- jus vi- va vis Vt flos in a-



gro con-ci-dit: Exhausta cu- jus a- ri- dis Os linguaq; hæ-



rent fauci-bus.

Non lymphæ sedavit gravem
Salubris aut potius sitim:
Herba est amara, & mucidi
Porrecla vini spongia.

O liberator unice,
Tua sitisti qui cruce
Nostram salutem, gratias
Da nos referre debitas.

Acerba pro datis bonis
Cum mundus offert pocula,
Immitte cordibus tuæ
Sitim pram clementiæ.

Explente te verbo tuo,
Solante Spiritu sacro,
Mel in suave, quod fuit
Fastidiosum vertitur.

Servat tuam, da mutua
Vicissim amandi te sitim,
Hanc incitet fides, alat
Spes, augeat dilectio.


Vt post caduca flebilis
Transacta vitæ tempora,
Bibamus in cælis tuæ
Nectar perenne gratiæ.

C


HYMNUS VI.

Ioan. XIX. Consumma-
rum est.*Ebr. X. Vna oblatio consummavit in perpe-
tuum sanctificantes.*

Pro fide.



Christe, ro- ta qvi mi- ser Vi- ta, sa- lu- tis



per- di- tum Reddens honorem, per crucem Admis- sa tol-



lis cri- mi- na.

Exacta nunc sunt omnia,
Quæ per Prophetas prodita:
Lex mutit, infernus jaceret,
Devicta mors, cælum patet.

Placator ô mitissime
Da nos fide hæc prehendere,
Et facta gratis mentibus
Hæc obstupenda tollere.

Constans sit in te prosperis
Actristibus fiducia,
Humanaq; imbecillitas
Quod non potest, id perfice.

Te sublevante, quicquid est
Vsqvam molesti vincitur:
Lætusq; finis asperis
Contingit in periculis.

Nec nos misellos desere,
Nec ob reatus abjice,
Quos eluisti propitii
Miro lavacro sanguinis.


Vt passionis ac necis
Tuæ, salubri munere
Acvi peracto termino
Omni fruamur seculo.

HYMNUS

HYMNUS VII.

Lucæ XXIII. Pater in manus tuas
commendo spiritum meum.*Psal. XXXI. In manus tuas commendo spiritum
meum, redemisti me Domine Deus
veritatis.*

Pro beata mortis hora.



Christe, sicut squalli- da Fullo- nis unda, su- sus



es: Contri- tus at- q; de- xte- ri- us, Vt vermis, es nocenti- bus.

Lacer cruento corpore,
Sectusq; diro vulnere,
Committis in manus Dei
Parentis agrum Spiritum.


Redemptor alme, me tuos
Prosterno supplex ad pedes,
O dulce mentis gaudium
Meis petitis annue.

Ut mortis à certamine,
Fiducia pari meum
Tradam in tuam custodiam
Vita fugacis Spiritum.

Servante te, de corpore
Abibo tutus, nec fores
Pavebo tristis inferas,
Nec mille pœnarum modos.

At redditus tua mihi
Dic supremo gratia,
Ipse integer tecum integra
Florebo felix gloria.

Tuasq; laudes, & Patri,
Sacriq; Spiritus canam,
Et infrequenti gestiens
Te predicabo Ecclesia.



A. MEN.

C 2

DE

DE EXAGITATIONIBVS

& vulneribus Iesu Christi capti
& cruci affixi.

JESV CHRISTI CAPTI

exagitationes.

I.


In palatio Caiphæ pontificis
maximi.

HYMNUS I.

Christus illusus.

*Luca XXII. Viri, qui tenebant Iesum,
illudebant ei.*

Pro custodia.



Inter ministros- ebrios
Qvid præfulum te conspicio?
Later qvid illa dignitas
Choristremenda cœlicis?

Vicem meam qvi sustines,
Meis qverelis annue.

Hæc ipse plenus criminum
Perferre debebam probra:

Illusiones omnium
Spernam impiorum, qvi mihi
Ob nomen infesti tuum
Fraudes struunt innoxio.





HYMNUS

HYMNUS II.

Christus consputus.

*Matth. XXVI. Inspuerunt in
faciem ejus.*

Pro patientia.



Ignorus, informis, malè
Turpatus à servis malis:
Fronte atq; mento sordidum
Pus & saliva perfluit.

Hyssopus ille sit meus,
Qvo Christe sparsus abluar
Immundo ab omni, pro meis
Qvòd inquinat es sordibus.

Vincam ferendo, qvīcqvīd est
Vīqvam ferendum, nève sim
Elingvis ad laudem tuam,
Aut surdus ad vocem, effice.


C 3

HYMNUS III.

Christus velatus.

*Mar. XIII. Cæperunt obtegere
faciem eius.*

Pro revelatione.



Qui cæcus est, lucis facem
Negat videnti, & perpetrans
Opus tenebrarum, Deum
Se posse sperat fallere.

Adhuc obumbrant os tuum
Illi execrandi & perditæ,
Qui Christe præponunt sua
Tuis laboribus bona.

Hos, ne dolis bilingvibus
Quenquam prehendant, nosse da:
Tum blanda tu mihi exere
Viventi, cuncti lumina.


HYMNUS

HYMNUS IIIL.

Christus percussus.

*Matth. XXVI. Colaphos ei inflixerunt,
alii autem sudibus eum ce-
ciderunt.*

Pro restitutione.



Pugnis procæces servuli,
Apparitores fascibus,
Plagis in unum omnes caput
Lascivientes sæviunt.

Has ferre plagas par erat
Meum hoc caput, qvod à suo
Et conditore & principe
Defecit, in castra hostium.

Sed Christi submittens tuum
Caput furentum dexteris,
Miti favore in pristinum
Locas honoris me statum.

HYMNUS

HYMNUS V.

Christus interrogatus.

*Lucæ XXII. Vaticinare, quis est qui te feriat? & alia
multa conviciantes, jaciebant in eum.*

Pro silentio.



Non contumeliæ inficiens,
Multiplicisq; verberis
Christus tacet, nec asperis
Quicquam refert ludibrijs.

Tu Christe iustrans omnium
Sedem & recessus pectorum,
Qveis me, vides, potentior
Subfannet hostis vocibus.

Promissionibus tuis
Filius, probroq; excelsior
Dare seqvar, spectinax,
Et fortis in silentio.



In aula

II.

In aula Herodis tetra-
chæ Galilææ.

HYMNUS VI.

Christus contemptus.

*Lucæ XXIII. Herodes cum suo comitatu
cum pro nihilo habuit.*

Pro magistratu.



Mendicus sit iste Deus
Dei aut propheta, rex ait:
Simplex quod inter Gnosticos,
Hoc ipsum in aula Christus est.
In hunc ut observent diem
Te Christe reges impij,
Notum est: ministris nam tuis
Nil orbe toto vilius.

At tu magistratum pium
Largire regni, oppidum,
Qui te colat: te gandeat
In aula, in urbeq; hospite.

D

HYMNUS VII.
Christus irrisus.

Luca XXIII. Herodes cum suo
agmine, ei illufit.

Pro ſagacitate.



*Inceſitur diſſerijs
A nobile & ſatellite,
Exploditurq̄ ſibilib
A ſervulus & milite.*

*Da Chriſte aperta lumina,
Taoſ ut hoſtes noverim,
Commune cumq̄ eis nihil
Vllo mihi ſit tempore.*

*Non ſermo, non commercium,
Non ulla vitæ munera:
Spernit Deum, q̄ cum Deo
Vivit libenter hoſtibus.*

HYMNUS

HYMNUS VIII.
Chriſtus amiſtus
ſindone.

Luca XXIII. Herodes amiſtum veſte ſplen-
dida, remiſit ad Pilatum.

Pro innocentia.



*Hinc palla, mentito ut genuſ
Regis, dabatur byſſina:
Te Chriſte tractat ſic homo,
Cui ſceptra das, cui purpuram.*

*O me impium, q̄ vi cauſa ſum
Tanti doloris: ſed tua
Fulto fide, da gratiam
Aevum integrè decurrere.*

*Ne ſeſtar à te devius,
Tuaq̄ dextera excidam:
Ut veſte ſplendens candida
Tuum ante vultum geſtiam.*

D 2

In

III.
IN PRÆTORIO PILATI
Præsidæ Romani.

HYMNUS IX.
Christus indutus
purpura.

Mar. XV. Milites abduxerunt eum intro in atrium,
quod est Prætorium, & convocant totam cohortem,
& induunt eum purpura.

Pro mundatione.



mit sin- gu- los.

A tauro obæso incurritur,
Et dente vulpis morsus est:
Inter feroces jam lupos
Imbellis agnus carpitur.

Rex summe regum, insignibus
Ornate pro me regijs,

Peccata quævis læsus, mea
Vincunt rubentem muricem.

Grandi fatiscunt vulnere
Arrus, salutis nulla spes,
Ni puriorem candida
Reddas colorarum nive.




HYMNUS

HYMNUS X.
Christus gestans coro-
nam spinicam.

Joan. XIX. Milites placentes coronam
e spinis, impoluerunt capiti ejus.

Pro corona.



ra rhamnus est.

Transfixa scedantur rubis
Aculeatis tempora,
Rivi cruoris per caput
Et os serenum defluunt.

Da Christe membrum sim tuæ
Semper virens Ecclesiæ,
Et te seqvar per grandia
Læto gradu pericula.

Feram salutis casidem,
Conumq; fulgentis spei,
Beatus olim ut iaduar,
Tuæ corona gloriæ.


D 3

HYMNUS XI.
Christustenenens

harundinem.

*Matth. XXVII. Dederunt harundinem
in dexteram ejus.*

Pro defensione.



Rex Christus est, ut pernegent
Quotquot tyranni & principes:
Sed nulla pompa, nulla vis
Sectatur illum splendida.

Hoc Christe regnum qui dolo
Auferre & armis cogitant,
Frenans gravi calca pede,
Virgaq; cade ferrea.

At virga fortitudinis
Tuae inter hostes floreat,
Vniq; credentem tibi
Dulci sub umbra me regat.


HYMNUS

HYMNUS XII.
Christus geniculatione

irrisus.

*Matth. XXVII. Genuflexo ante eum,
illudebant ei.*

Pro constantia.



Nunc à prophano milite
Vt viri prophani temuntur,
Cohorsq; multa vellicans
Insultat impudentia.

Qui gestu, & ore, & carmine
Colendus es, da recolam,
Sublime nomen & tuum
Et gestu, & ore, & carmine.

Nec Christe præter te, genu
Flectam cuiquam, nec canam
Præter nomen tuum: mihi
Sit vox, honos, & barbitos.


HYMNUS

HYMNUS XIII.

Christus adoratione
subfannatus.

*Mar. XV. Summis genibus
adorabant illum.*

Pro vero cultu.



hy- po- cri- ta.

Te Christe clamant, milleq;
Iacent ad aras cernui:
Hostes tui sed nominis,
Puræq; sunt Ecclesiæ.

Hoc absit à me, & à domo
Mea precor, ne te meum,
Passum meis pro noxijs,
Fictis adorem cultibus.

In veritate & spiritu
Litæ sacro nomini
Preces, & oris offeram
Gratæq; mentis hostias.


Christus

HYMNUS XIII.

Christus per ludibrium
rex salutatus.

*Matth. XXVII. Illudebant ei dicentes:
Ave Rex Judæorum.*

Pro cognitione Dei.



ter- num cre- de- ret?

Ridet, salutat, percutit
Pium, verecundum, probum
Miles: nec ullum injuriæ
Omittit audacis genus.

O Christe muta torpidi
Durum stuporem pectoris,
Natum Dei, & regem meum
Tua invocem te gratia.

Nec illa turpis spretaq;
Imago territur avocet,
Quo prædicem minus tuæ
Potentiæ efficaciam.

E


HYMNUS

HYMNUS XV.

Christus in chlamide ostensus
populo cruentatus.

*Joan. XIX. Exiit Iesus foras, gestans coronam spineam
& vestem purpuream: & dicit Pilatus:
Ecce homo.*

Pro vera meditatione.



dum tol- le- re.

Testatur intus mens rea,
Et conscientia tremor,
Me vulnerasse propria
Meum Redemptorem manu.

O parce Christe, nec scelus
Pravum fatentem respue:
Inhæreat semper meo
Vox illa scripta pectori:

Homo ecce, cui nullus decor
Frontis, nec oris dignitas,
Ne spes salutis concidat,
Morto tibi producitur.

HYMNUS

HYMNUS XVI.

Christus nudatus.

*Mar. XV. Exuerunt eum purpura, induerunt q;
vestimentis proprijs.*


Pro indumento gratiz.



Post vestis & non unius
Libidinofam copiam,
Textum puella redditur
Parentis inconfutile.

Nudusq; egensq; Christe sum
Per me bonorum: cumq; me
Primi parentes insuper
Nudum reliquerint tibi.

Tu Spiritu tuo induc,
Agni q; vesti regmine:
Non arboris ficulnea
Ramus nocentem texerit.



JESV CHRISTI CRUCI AF-
fixi exagitationes.

Christus in monte Calvariaë

ab omnibus omnium ordinum ho-
minib. contemptus.

I.

A summa dignitate præditus.

HYMNUS XVII.

Christus exagitatus à prin-
cipibus Sacerdotum.

Luca XXIII. Deridebant eum principes, dicentes: Alios
seruavit, seruet semetipsum, si hic est ille
Christus, ille Dei electus.



- mens su-te-tur pon-ti- fex, Serua-se Christum

plu- ri- mos: Sed tradi- tum gen- ti su- æ Mes- si- am ipsum,

re- pro- bat.

Quid ergo tot miracula
Num vana cenſes invade?
Nemo. evocavit quàm Deus
Reſuſcitatum Lazarum.

Dilecte patri maximi
Electe gentis perditæ,

Te nemo ſcit, quæm non ſacer
Ducit docetq. Spiritus.

Tu ſolus illa viſtima,
Maſtata primo à ſeculo
O Chriſte, ſis mihi via,
Et lumen, & ſcientia.

Christus

HYMNUS XVIII.

Christus exagitatus à Scribis
ſeu Doctõribus.

Mar. XV. Illudentes ei Scribæ, dicebant: Servavit alios,
ſemetipſum non poteſt. Si ille Rex Iſraël, deſcendat
modo de cruce, ut videamus &
credamus ei.

Pro incremento fidei.



Le- bem do- ces, ipſe in- ſci- us Pro- phe- ti- co- rum

dogmatum: Antiqua nam Chriſtū omni- a Vatum ſo- nant o-

ra- cu- la.

Videre, non eſt credere:
Nec quod teneſ, ſperas adhuc.
Qui venit è cælo, à cruce
Non impotens deſcendere eſt.
Nan eſt opus carniſ, fides:
Subiecta nec ſpes ſenſui eſt.
Fidemq. ſpemq. vïdïdam
Tu Chriſte ale, & corrobora.
Verbi tui fundamine,
Rerumq. certitudine,
Conſtans fides, invicta ſpes
Nitatur omni tempore.

E 5


HYMNUS

HYMNUS XIX.

Christus exagitatus à Senioribus, seu Magistraru.

Matt. XXVII. Principes Sacerdotum illudentes cum Scribe & Senioribus, dicebant: Confidit in Deo: liberet nunc, si vult, eum: dixit enim, Filius Dei sum.

Pro adoptione.



*Patre à malo raro boni
Profeminantur liberi:
Qualis sacerdos, scribaq;
Sic multitudo est reliqua.*

*Qui nos adoptasti Deus
In filios, per Filium,
In me paterna sis precor
Dilectione perperim.*

*Nec cesset unquam debita
In te vicissim charitas.
Qui fides in te, numine
Præsentem liberabitur.*

A PRO-

II.

A PROMISCA PLEBE ET
multitudine universa:

HYMNUS XX.

Christus exagitatus
à prætereuntibus.

Mar. XV. Prætereuntes conviciabantur ei, morientesq; capita sua dicebant: Vab, tu ille, qui demoliris templum, & rursus in triduo extruis? Serva temetipsum: Si Dei filius es, descende de cruce.

Protolerantia.



*Heu me, quor in caput tuum
Pœnas Ebrææ congeris,
In te lucet & in tuis
Quas clade terra liberis.*

*Afflictus in te conspicer,
Vexatus à te pendeam,*

*O Christe, nec frangat meam
Vila æquivitatem diritas.*

*Cum nulla consolatio,
Aut spes relicto ostenditur,
Te spem meam, & solatium,
Victoriamq; concinam.*

HYMNUS

HYMNUS XXI.

Christus exagitatus à
spectatoribus.

*Matth. XXVII. Quidam illic stantium dicebant: Ecce
Eliam vocat iste: sine videamus, an veniat
Elias liberaturus eum.*

Pro auxilio.



Portenta ridet cæca plebs,
Sannisq; qvestus excipit,
Dicitisq; pectus anxij
Dilancinat mordacibus.

Pati est acerbum, vulnus est
Rideri & angustia maximum.
Da Christe in expugnabile
Robur molesta vincere.

Immittitur cum vulnere
Ungvis, dolorem mitiga:
Cum pondus oppresso additur.
Bonus laborem subleva.



HYMNUS

HYMNUS XXII.

Christus exagitatus
à militibus.

*Luce XXIII. Illudebant ei milites, dicentes: Si
tu rex es ille Judeorum, serva
teipsum.*

Pro conversione.



Rex verus ille, nec modò
Gentis suæ, sed omnium
Qui militabunt arduis
Toto orbe sub stipendiis.

O Christe, membris qui vivis
Stulto graves sunt impetu,
Et inscientes in sacram
Protreviunt Ecclesiam:

Sancti sequaces flaminis
Ad verum ovile congrega,
Pstera & tuum fidelibus
Bibant aventes auribus.

F

Christus


HYMNUS XXIII.

Christus exagitatus

à Lictore.

*Matth. XXVII. Vnus ex eis accurrens, cum acceptam
spongiam impleset aceto, imposuit barundini,
& porrigebat eis ut biberet.*

Proleuamine.



Hoc restat unum scilicet,
Amara Christo portio
Vt porrigatur, omnibus
Exhausto & agro viribus.

Si quod malum mihi imminet,
Angustiaq; deprimunt,
Perfunde tristem nectare
Vitæ, & salutis balsamo.

Hoc nectar est, hoc balsamum,
Aufert quod horrorem necis:
Quod jam pater clemens Deus
Morte est sequestra filii.

HYMNUS

HYMNUS XXIII.

Christus exagitatus

à Litrone.

*Lucæ XXIII. Vnus ex maleficis qui erant suspensi, conui-
cia ei faciebat, dicens: Si tu es Christus ille,
temetipsum & nos serua.*


Pro felici exitu.



Christi heu miser potentiam
Fractamq; inermemq; æstimat,
A quo audit infvetus suum
Statim beari complicem.

Quando imminet novissimus
Ævi ruentis terminus
Succincta mens tranquillaq;
Verbo quiescat in Dei.

Sum locus undis, sum sacro
Pastus cruore & corpore:
In hac fide ponam meum
Christi favore Spiritum.



F 2

FESV

JESU CHRISTI EXAGITATI

vulnera.

HYMNUS XXV.

Tergum Christi lo-

ris casum.

Joan. XIX. Prehendit Pilatus Iesum,
& flagellavit.



Ergo innocen-tis esse-ra Christi sa-ti-ga-tur ma-nu,



Impres-sa dis-sul-tant cu-ti Vlnus flagel-la lo-ra-q.

Quæ virgeo mundo obruit

Rerum creatorem omnium,

Cur non stupore militis

Est arefacta dextera?

Hæc terga scinduntur meæ

Tanto impetu pro noxiis:

Mibi quies ut sis, tibi

Non Christe respiratio est.

Me perditum, qui gratis

Sum concinendus signor:

Tu me move, tu me excita

Vivi vigoris flamma.

Cum versaratus in modum

Accurvus, ager, turbinis,

Virescat imbellis mea,

Virtus tuo de vulnere.




HYMNUS

HYMNUS XXVI.

Caput Christi spinis

coronatum.

Mar. XV. Imponunt ei plexam
coronam spineam.



A-put sa-crati Ec-cle-si-æ Tra-jec-ta cu-



tu sen-ti-bus Hor-ret, co-ro-nam ne-xi-li Quod gestat



ba-ma-tam ru-bo.

Quos frons cornesca, quo die

Sereniora tempora?

Quo mala cecidit, ora q

Candore cæli lactea?

Splendoris humani nihil

Hec nosco in istis vultibus:

Rubra unde dimanant, brevis

Torrentis instar, flumina.

O Christe, qui non durus es

Prece invocari sedula,

Non obsecratis supplices

Admiste voces auribus.

Pro qua cruentaris, sacra

Caput manens Ecclesiae:

Averte quæ templis mala

Momenta, patriæ mala.


F 3

HYMNUS

HYMNUS XXVII.

Corpus Christi veste detracta,
renovatisq; vulnerum cruciatibus
afflictum.

Matth. XXVI. Exuerunt eum chlamyde, &
inducunt vestimentis propriis.



Or- pus do-lo-re vul-nerum Tabēs, solutum, flac- ci-
dum, Detracto amictu, spu- me-um Vn- dat cru-o-ris gurgitem.

Hæc massa carnis terrea
Corpusq; damnatum necis,
Mundanda, servanda unius
Christi fuere sanguine.

Ponit peregrinam, suam
Vestem resumit: scilicet
Mortale ponens, denud
Virtute surget propria.

O Christe sananti tibi
Morbum omnem, & agrimoniam.
Credam usq; & usq;, nec sequar
Curas caducas lubricus.


Te munerer casta prece,
Te laude digna prosequar:
Tibi ore, plectro, tibia
Carmen sonorum dividam.

Manus

HYMNUS XXVIII.

Manus ac pedes Christi clavis
ferreis trajecti.

Psal. XXII. Perfoderunt manus meas,
& pedes meos.



A-nus pe- des- q; transf- unt Cla- vi (nefandum)

fer- re- i: Ma- nus ga-ber-nan-tes po-lum, Plantas præ-

men- tes æ- the- ra.

Nec impii nunc sanias
In membra bacchantur Dei,
Quæ flamma, & unda, & ensibus
Centumq; pænis hauriunt.

Tu Christe solus conscius
Illis, malorum immunibus,
Quot quæve cultores, tui
Ferant fideles nominis.

Depræliare propius
Membris, in hostes turbinem
Irasq; verte: tuum sacro
Ne paupera me Spiritu.

Patrare veloces malum
Meæ manus, mei pedes:
Via his, & illis ansa sis,
Errore ne te deserant.

HYMNUS

HYMNUS XXIX.

Latus Christi hasta transfixum.

Joan. XIX. Militum unus latus ejus lancea fixit, & effluxit inde sanguis & aqua.




Fo-ditq̃ mu-cro-hi-an-ti-a Chri-sti me-i præ-cor-di-a.

*Rivus cruoris atq̃ aquæ
Erumpit inde limpidus:
Cruor pians mundi nefas,
Et unda purgans crimina.*

*Manu notatum me Deus
Novit Pater: fixum intimo
Fert corde Christus: Spiritus
Sanctus juvat suspiriis.*

*Tali fide elatum, & tuis
Inambulantem semitis
Heroa, tandem præmiis
Clarabis immortalibus.*


*Sim talis heros, ut dies
Quando illa magna luxerit,
Tecum evoleam ad celestia
O Christe vitæ gaudia.*



DE

DE LANCEA DOMINI


Sequentia.




*O-di-er-næ festum lu-cis est so-len-ne vitæ du-cis
De cantemus laudes e-i, qvem transfixit vitæ spe-i*




*pro vic-trice lan-ce-a. Pangeat nûc uter-q; sexus, qvê stringe-
hæc sa-lu-tis fra-me-a. Plalle il-li qui resolvit culpam pœ-*



*bat culpæ nexus, & mortis angu-sti-a. Ve terrum tri-
næ prote-solvit, vitæ dans re-medi-a. Fœcun-da-ta cum*




*umpha-le, intrās pectus tu vi-ta-le cœli pandis o-sti-a.
cru-o-re, fe-lix hasta, nos, amo-re per te fi-xi, sau-ci-a.*



*Lo-rens cruor qvê fuderūt artus Christi qvos foderūt clavo-
Fu-sa per te & ri-ga-ta, & per clavos so-li-da-ta nostra*



*rum fi-xo-ri-a. Alve Ie-su Naza-re-ne, Tu pro nobis
sint præcordi-a. Placa patrem Majestatis, ut in ævum*



*mortis pœnæ Affectus in-ju-ri-a. A- MEN.
cum be-a-tis nos coronet glo-ri-a.*

G

SEQUENTIA
De humiliatione
CHRISTI.



D Ie-su Christi glori-am dicamus ad memo-ri-am,



e-jusdem ad marty-ri-um.

Homopensa qua-

li-ter Rextu-us quam gravi-ter est passus hic suspen-di-um.



Lavis crux; Lance-a; fel arun-do, & spongi-a sangvi-



ni e-ma-na-ti-o.

Lagella, sputa, & ver-be-ra,

co-lumna & co-ro-na, sunt dul-cis contem-pla-ti-o.



ve Jesu Nazarene, Charita-tis fons amœna, efflu-
Mise-re-re Rex sere-ne, memoratum tu-æ pœnæ mortis.

SEQUENTIA.

ens largi su- è.
q̃ amarif- sinæ.




Al-ve ca-put incli-na tum,
A-ve cor-pus flagellatum,

de-spe-cti-ve co-ronatum, spinis in-fi-de-li-um.
circum qua-q̃ cru-entatum, nostru propter vitium.



Al-ve be-a-ta fa-ci-es, quæ turpiter conspu-ta
O Cor-po-ris nu-da-ti-o, Jezu Christi clavat-



es, subdi-ta verbe-ri-bus
o, pa-ti-ens in o-mnibus

ve dextra Jezu manus,
Per te datur ut vincamus,

cu-jus vulnus ado-ra-mus corde devo-tis- si- mo.
hostes tres, & gaudeamus in di- e no-vis- si- mo.



Al-ve manus lava Christi, perfora-ta quæ su- i- sti,
Et vos pe-des cru-ci-fi-xi, clavo juncti, li-gno fi- xi,

pro pec-ca-to po-pu-li.
ut salvarentur miseri.



Vl-ce vulnus la-te-ra- le
Per quod sumus libera-ti

SEQUENTIA.

